



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XLI. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüdern von Kremzow Hebungen zu Golin zum Ersatz des durch Polnische Plünderung erlittenen Schadens, am 20. März 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

summam decreuerimus assignare. In cuius etc. Datum belin, anno domini M^o. CCC^o. XXXVI^o.
sabbato ante festum beati Jacobi apostoli.

Nota Tenor altere littere sonat sicut ista.

Leipz. Copialbuch der Vogtei Landsberg fol. 26, No. XVIII.

XLI. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüdern von Kremzow Gebungen zu Golin zum Ersatz des durch Polnische Plünderung erlittenen Schadens, am 20. März 1337.

Nouerint etc. Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuis viris nycolao et kunekino de kremzowe, fratribus, fidelibus nostris dilectis, eorumque legitimis heredibus in restaurum et recompensam depecuniationis, qua idem Nycolaus occasione nostra depecuniatu fuerat a Polonis, cuius summa centum et quatuor marcas secundum sue rationis computatum se extendit, totam precariam annone, censum cassatorum et thaberne cum seruicio curruum ville dicte Golin cum omni iure, honore, commodo et vtilitate, quibus nos dictam precariam et censum tenuimus et habuimus, quiete et pacifice sine impedimento possidendam, tali tamen conditione interposita vel adiecta, quod nos, heredes vel successores nostri dictam precariam et censum reemendi, dum uouerimus, pro memorate pecunie quantitate habemus et habebimus plenariam facultatem. In cuius etc. Testes Ludeko de Wedel, Haffo senior, Guntherus de Gunthersberg, Tylo Bredlerlo. Anno domini M^o. CCC^o. XXXVII^o., quinta feria proxima post dominicam Reminiscere.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XLII. Markgraf Ludwig befehlt Ludwig von Bertekow mit der Hälfte der Stadt und mit dem Schlosse Hochzeit und allen ererbten Lehnen im Bereich des Schlosses Velen, am 21. März 1337.

Nouerint etc. Ludouicus etc. Bona deliberatione prehabita contulimus et presentibus conferimus strenuo viro Ludouico de Bertekowe suisque veris et legitimis heredibus castrum dictum Hochgezit cum medietate opidi ibidem nec non singula et vniuersa bona feodalia in limitibus et terminis domini castri Velen per paternamque successionem ad ipsum legitime deuoluta, quiete et pacifice sine impedimento possidenda, tali tamen conditione prehabita vel adiecta, quod castrum et opidi dimidietas predicta debebunt et tenebuntur nobis heredibus et successoribus nostris sine suggestione doli cuiuslibet, contra quemcunque hominem, cuiuscunque status, excellentie, conditionis sine dignitatis existentem, parere quancumque nobis necesse fuerit et patere. Debebit etiam idem nobis obsequi predictae collationis et gratie beneficio et fideliter opportunis temporibus famulari.